

litterarumque vim conferamus. et sane splendore nominis eius
 illectus^(a), cum nunquam antea vidisem, huc nuper ab sua re-
 publica legatum⁽¹⁾ salutare adortus sum, nichil metuens ne teme-
 ritatis a quoquam arguerer, qui essem honesti munieris officio
 functus, aut ne non ab illo susciperer, quem audieram preter ce-
 teras insignes dotes precipua quadam humanitate peditum. igitur
 cum adiissem et in utrunque tam legatum quam insignem per se
 virum munieris mei debitum exsolvissem^(b), ille inter prima fere
 salutationis verba, cum tale nichil sperarem, nominatim me com-
 10 pellavit, et audisse se multa de rebus meis testatus est, et dilexisse
 antea quam cognosceret, nunc cognitum in amicum velle^(c) et
 inter suos non postremum; multaque preterea subiecit que exi-
 mium in me et amorem et honorem significarent. huius autem
 rei, ut postea cognovi, auctor tu fueras, qui me apud illum tanti
 15 fecisses, nichil veritus quam linceos in omnem rem oculos ferret.
 sed habemus fortune gratiam quod in angusto tempore et brevi
 oratione dignoscere non licuit, quanto ego inferior sum quam^(d)
 aut ipse extimet aut tu esse me velis, quem tam late predicas.
 cum tu igitur nichil cures dum me supra modum laudes, curan-
 20 dum est michi idque magnopere laborandum ne tu supra modum
 de me mentitus videri possis. vale. Bononie, kalendis iunii 1398.

(a) *P corr. allactus* (b) *P Ra persolvissem* (c) *Codd. vellet* (d) *P quem.*

(1) Di un'ambasciata di Carlo Zeno a Bologna nella prima metà dell'anno 1398 non si rinviene notizia alcuna nelle Deliberazioni del senato Veneziano. Addi 27 marzo 1398, fu invece deciso «quod elongetur ter- «minus nobili viro ser Karulo Geno «olim baiulo et capitaneo Nigropontis

«veniendi ad istud Consilium cum suis
 «provisionibus quas notari fecit per
 «totum mensem maii proxime ven-
 «turum»; ed il 29 marzo egli venne
 eletto uno de' sei Savi del Consiglio
 per un periodo di sei mesi. (Senato,
 Deliberazioni miste [Secreta],
 reg. 44, cc. 36 b e 37).

Laonde s'era re-
 cato testé a salu-
 tarlo, benché a lui
 sconosciuto;

ma lo Zeno subito
 lo chiamò per no-
 me, e, fra altri se-
 gni di stima, di-
 chiarò di voler
 annoverarlo fra gli
 intimi suoi.

Ha saputo poi
 che ciò avvenne
 per opera di Iaco-
 po, ma, grazie al
 cielo, in si breve
 tempo il suo enco-
 miasta non poté
 essere sbagliato.

Ora il V. dovrà af-
 faticarsi acciò l'a-
 mico non appia-
 fin troppo menzo-
 gniero.